

ANIMADVERSIONES
IN FENNICAM BIBLIORUM SACRORUM
VERSIONEM,

QUARVM

PARTEM DECIMAM

APPROB. MAX. VENER. FACULT. THEOL. ABOENS.

PRAESIDE

Mag. JACOBO BONSDORFF,

S. S. Theol. Doct. & Profesf. Publ. Director, Semin. Theolog.

Equite Imper. Ord. de S. Wolodim, in IV:ta Classe,

PUBLICO EXAMINI MODESTE OFFERT

ABRAHAMUS FROSTERUS,

Stipend. Publicus, Ostrobothniensis,

In Auditorio Juridico die XXIV Maji MDCCCXXVI.

h. p. m. c.

ABOÆ Typis FRENCKELLIORUM.

LIBER JOBI.

Progrediente jam animadversionum in Fennicam Bibliorum Sacrorum versionem hodiernam filo, ad Jobi librum examinandum nosmet accingimus, eadem utentes stili brevitate, qua Psalmos scrutati sumus. In antecessum vero observamus, aliquanto plures fuisse nobis vias Fennici metaphrastæ ab originali contextu aberrationes in hocce Jobeo carmine, quam Davidicorum hymnorum libro; cujus rei causam fortassis in abstrusiori & ad Arabicæ lingvæ genium accommodatiori stilo, quem post Lutheri tempora nemo melius sagaciusque Alb. Schultensio dilucidavit, invenire licet. Fuit quoque Alexandrina versio, quam cum Vulgata sæpius sequebatur Lutherus, difficillimis in locis non modo ambigua, sed etiam erronea, adeo ut quicumque pressius ejus inhaereret vestigiis, textum Hebræum aut deserendo aut qualitercunque interpretando, delusus haud raro evaderet. Exempla hujus rei nonnulla attingere placet in sequentibus, licet ingenue quoque hic fateamur, exactissimum nobis non arrisisse emendandi studium; non enim omnia, vel levisima, sunt ad gustum nostrorum temporum exigenda.

In ipso præfamine Lutheri, Fennice translato, offendit circa finem allatum vocabulum *kiufawat*, quod cum aptiori *koettelewat* sine dubio permutandum est.

Cap. 3: v. 5. Hæserunt dudum & antiqui & recentiores Interpretes in explicanda ambigua phrasi במריר, יום quam plerique secundum Vulgatam, Syrum, Arab. ad radicem מרר *amarus fuit* retulerunt sensu hocce: *amaritudines*, acerbissimi dolores *diei* eum perterreant, aut cum Schultensio ex eadem quoque radice, *publicas execrationes*, dicta amarulenta intellexerunt. Durius vero esset, litteram מ in במריר similitudinis particulam censere, quia deesset nominativus, ad quem referri posset. Nec est

est quod Gesenius pro hoc tuendo idiotismo declarat, particulam כ non quidem similitudinis, sed veritatis esse notam. Jure ergo statuerunt Recentiores, a verbo כמר *atrum*, *nigrum esse* descendere formam Pikdedicam כמריר, sed quoniam significato, iterum dissentiunt. Negari quidem nequit, *nigredinem diei* posse aut pœtico stilo de aterrimis vaporibus sive nebulis, aut de summa tristitia & infortunio per tropum sumi, quemadmodum translators bene multi interpretati sunt. Illam propriam amplectuntur ideam Vetus Svec. Metaphrastes & Fennicus: *dimba om dagen góre honom gráfelig — musta páiwán sumu tehkán hánen kauhiaxi*; hanc vero novus Svecus, dilute licet, exprimit: *att det på honom följande elände afskráckt honom ifrán att komma. Tingstad hans olycka honom tillbaka skráckt*. Nulla tamen harum versionum satisfacit grammaticæ & pœticæ dictionis elegantix, nec cum sequenti versu 8 conciliari potest, qui consulendus fuisset. Meminerimus scilicet, commotum Jobum execrari diem suum natalem, qui quasi venturus sistitur. Optat igitur, ut illum diem aut densissima caligo, aut nubes occupasset, aut denique ut ii ipsi *sacrificuli*, qui diem atro soleant notare carbone, eum deterruisent ne veniret. Manifestum enim est, orationem in hoc & 8:0 versu, quem Fennicus rite transtulit: *ne kuin páiwáá kirowat*, referri ad astrologos & superstitionos Orientis homines, quales adhuc in Egypto inveniuntur, qui alios dies albo, alios nigro calculo insignierant, aliisque insimulabant se posse incantamentis variis infaustum diem aut revocare aut absterrere, execrari. Ad præstigia & fraudes hæc quidem pertinere, quisque videt; nihil tamen obstat, quo minus in carmine pœtico imagines & fictæ tabulæ, ex istiusmodi præstigiis desumtæ, adhibeantur. Saltem nihil est, quod jubet locutionem כמריר יום aliter sive de aliis explicare, quam אררי יום. Prius est

nigrum

nigrum notantes s. *prælagientes diem*; posterius: *exsecrantes diem*. Forma ipsa Grammatica consentit, nam כמר, quod *nigrescere* valet, expresse legitur Hof. 10: 5, de sacrificiis s. sacerdotibus; nomenque כמריר commodè vertitur: *nigrum faciens*, diem scilicet, qui additur. Neque aliter sensit Alexandrinus, liberiori tantum transferens stilo: καταραδεν η̄ η̄μερα. Fennicam itaque hanc commendamus metaphrasin: *mustan päiwän ennuustaiat tehkän hānen kauhiaksi*. Atque ita jam Grotius & Döderleinus recta viderunt, annotantes, Ille: Sacerdotes diei i. e. qui dierum fata distingvunt, hunc terrificent, i. e. adnotent tanquam terribilem. Hic: *utinam conteruiset eum atrator diei*, qui dies atro carbone notat, factorum præfectus.

— vers. 24. Contra vulgarem Fennicam versionem: *minun leipāni tykōnā minā huokan* rite animadverti potest, parum esse probabile: Jobum, summa sua in calamitate & rerum omnium inopia, panem commemorare potuisse, sed potius singultus ejus & gemitus pro pane s. loco panis esse, ei obvenisse, ut patet ex addito רבא *venit*. Pulcra enim & sublimi figura suspirium & intimi cordis dolores ponuntur instar nutrimenti quotidiani. confer Psalm. 42: 3. Jerai. 30: 20. Rectius ergo querula ejus mens significatur hisce: *minun leipāni sjaan owat* (tulivat) *huokauxeni*.

— vers. 26. Pervertit sensum textualem metaphrasis nostra, adverbium נל̄ exprimens interrogative, quum reapse negationem inferat. Etenim non hic describit Jobus statum suum pristinum & præteritum, sed præsentem, omnino orbatum requie, tranquillitate, & levamento. In qua summa anxietate mentis quoque finit suam orationem. Pro vulgari itaque: *Engō minā ollut onnellinen, engō minā ollut rauhasa? ejkō minulla ollut hywā lepo? ja nyt senkaltainen lewottomus tulee*, ponendum certe est simpliciter:

ter: *En minä ole lewofa, ej rauhasa, ej tywennöfä — fillä kauhistus tuli.*

Cap. 4: v. 6. Disimulandum non est, multos Interpretes, inde jam a Vulgato, cujus est: *ut est timor tuus* — & Alexandrino, qui habet: *πρερον εν ο φοβος σε εν εν αφορονυη*, — verba commatis hujus ab Eliphazo profecta eo sumsisse sensu, quasi exprobrare vellet amicum suum dolentem, & pietatem ejus in dubium vocare. Ita vener. Tingstadius: *Hvar är nu din Gudsfruktan m. m.* Fennic antiquus: *Támákóstá on sinun (Jumalan) pelkos, sinun uskalluxes, sinun toiivos ja sinun wakuudes.* Hoc vero retragatur manifesto contextui, & ului particulæ *אלה*, quin etiam consilio ipsius Eliphazi, qui in initio jam voluit exhortari Jobum & ad meliorem spem erigere, non autem exprobrare. Paret id luculentissime e versu 7, ubi lenibus verbis in memoriam ei reducit curam Divinam & providentiam, in maxima quoque conspicuam calamitate & afflictione. Proinde ergo non tam miratur, Jobum in integritate & pietate sua non firmiorem ponere spem suam, sed revocat in mentem ejus ut id agat. Interrogatio hæcce *annon* secum fert affirmationem & erectionem animi. Atque licet haud alienum esset a linguæ genio, *ñ* utpote nomen *nihil* transferre, sensu quem dedit Schulkenius, approbante Car. Aurivillio: *nihilne erit tua pietas, spes, integritas* — Interim tamen præeuntibus Dæderleinio, Dathio, al. putamus longe convenientius esse in orationis contextu, nomina *pietas* & *integritas* in utroque membro parallelo sibi invicem respondere utpote causam ipsius *spei* & *fiduciæ*, quæ tanquam fructus comitatur pietatem. Cui sententiæ non obstat, quod vocabula *spes* & *integritas* sint transposita. Sensum bene exprimit Dathe: *annon religio spem tuam alit* — & vitæ tuæ integritas fiduciam. Fennice erit: *Ejkó sinun Jumalifudes*

*lifudes ole finun uskalluxes, ja finun wakuudes finun toi-
wos (perustus)?*

— vers. 10 Ellipticam dictionem prioris membri: *rugitus leonis & vox ferocis leonis* vario suppleto modo interpretes; Plerique synonymum quoddam, *רוץ ורע* sequentis membri respondens, v. c. *לרע צעסאט*, subintelligunt, quia genus loquendi singulare est, quum uno verbo posito simile subauditur, ut dedit Coccejus. Hinc Dathē vertit: *rugitus leonis — obmutuit*. Nov. Svec. *Lejonets rytande och skri hafver tyfmat*. Sed, si imaginem leonis aliis in locis plenius explicitam consideraveris, e. g. Psalm. 104: 21. *Leones rugiunt propter prædam* (ob defectum prædæ, prædam expetentes) nec non contextum ipsum hunc Jobeum in sequenti versu: *leo perit prædæ inopia*, rimatus fueris; haud obscurum erit, totius sententiæ vim inesse vocabulo *rugitus*, quem edit leo propter cibi defectum, adeoque verbum Substantivum *est* aut tale quid v. c. *auditur* subaudiendum est, pro quo tamen substantivum verbali forma commode exponi potest: *Leonis rugitus* est, auditur, h. e. Leo rugit, leo vetus dat vocem suam. Igitur vernaculæ nostræ versioni: *Jalopeuran kiljumus ja julma Jalopeuran aani* intra parenthesis addi debet: *Kiuhuu*, nisi, quod rectius esset, transferas: *Jalopeura kiljuu, julma Jalopeura aänens nostaa*.

— vers. 12. Significantius & exprimendæ poëticæ fictioni accommodatius putamus, si oraculum ad Eliphazum proveniens in imperfecto tempore ponatur: *tuli — sai*, pro perfecto, *on tullut, on saanut*. Res enim nondum penitus peracta describitur. Ceterum in vocabulo *רוץ*, quod Vulgatus haud male vertit *susurrum*, jure postulamus, nomen quoddam Substantivum addi debere Fennico adjectivo *wáháisen*, ut pateat, quid illud parvulum sit, scilicet *aänen*, prout plerique recentiores Metaphrastæ fecerunt.

vers.

— vers. 21. Hebraicum לֹא בַחֲכָמָה *non in scientia* h. e. improviso, inopinato, male transfertur a vernaculo nostro litteraliter: *waan ej wijsaudefa*, quum certum sit, sensum auctoris alium non esse posse quam: improbos mori tum cum minime cogitaverint. Fennice: *tietámátá*.

Cap. 5: vers. 7. Intricatum hunc versum varie explicare satagunt Interpretes; nos vero sagacissimum Dathium & Aurivillium jure sequimur, non modo in constituendo scopo orationis, sed etiam in verbis imaginibusque allatis. Non est mens Eliphazi, hominem describere utpote ad iniquitatem aut laborem natum, sed ad molestias, quibus lubeundis ac tolerandis homo a Divina summa providentia destinatus est, uti aves ad volandum. Atque rite Dathe: "Has enim univérse בני רֶשֶׁף *fili elationis* dictas esse putem periphrastice — propter infinitivum adjunctum עוֹף *volare*, quod non solum avibus *rapacibus*, sed univérso generi proprium est." Immo ex adjuncto verbo עוֹף, nec non parallelo loco Habac. 3: 5, liquet, sub hac denominatione non posse prunas, aut fulmina, sed aves cogitari, quemadmodum contra antiquos dudum Calovius, Schindlerum secutus, fassus est. Incommodam igitur Fennicam translationem: *niinkuin kuumain hülten kipinát singoilewat ylókásin*, hunc in modum syademus emendandam: *niinkuin linnut korkialle lendáwát*.

— vers. 24. Non est scopus orationis, quemadmodum in Fennica ceterisque significatur, Jobum sine peccato, *ilman synnitá* vitam acturum, sed metam domicilii sine aberratione attacturum, h. e. in summa securitate mansurum. Verbum חָטָא proprie valet *a scopo aberrare*, Fennice *erhettyá*, quod de commoratione in domicilio certo, *ilman erhetystá* rite dicitur.

Cap. 6: vers. 3. Acerbissimum Jobi dolorem qui rite æstimaverit non potest non in responsis ejus vehementem

mentem verborum fluxum invenire, siquidem animus ipse dolens liberius se solet ad omnem verborum impetum tradere. Hinc quoque Jobus dicit: propterea verba mea sunt *vehementia*, fervidiora, æstuantia: לער ex Arabico *æstuvavit*; Id quoque recentiores tantum non omnes approbarunt. Fennice esfet *kiiwat*, quod pro vulgari *nieltyt ylôs* substitui debet.

— vers. 7. Verba: *המה כרוי לחמי* transtulit Vulgatus *præ angustia cibi mei sunt*, Luthérus: *das ist meine Speise für Schmerzen* — Fenn. *se on nyt minun ruokani minun kipuni tähden*. Vocabulum *רוי* quippe de mærore & angore mentis interpretati sunt, licet proprie significet quicquid *tabidum & fœtidum* fuerit, atque interveniente particula similitudinis *כ* construat cum *לחמי*, cum quo evidenter cohæreat. Panem fœtidum, putidumque quis non intelligit commoda imagine transferri ad acerbas, quas patiebatur Jobus, sive exprobrationes amicorum, sive corporis afflictiones. Prius nos quidem cum Dath. Dœderl. propter antecedentem rerum seriem præferimus. Cogor, inquit Jobus, insulsa & abominabilia jam instar cibi putidi devorare. *Se on minulle niinkuin mädändynyt ruoka*. Neque tamen necessaria est paraphrastica illa expositio *המה כ*, quam adoptavit novus Svecus interpret, Germanicæ inhærens versioni Joh. D. Michaëlis - - *Den spis, som J mig föresatt, är stinkande*. Neque, nostra ex sententia, abrumpitur orationis tela, quæ in pathetica cruciatuum descriptione versatur, nec ullam objurgationis Eliphazi directam mentionem antea injecerat. Nam imago ex insipido cibo, & albumine ovi videtur de industria esse allata, ad indicandam inficetam orationem calumniantis amici, quemadmodum Latinis in universum dicitur *insulsa, insipida, incocta oratio*.

— vers. 10. Pro particula conditionali *ellei* substituitur necesse est causalis illa *ettei*, nam causam addit cur

cur immense adeo lætaretur; quia nimirum Deus non pepercerit vitæ ejus miserrimæ, sed eam finierit.

— vers. 13. In summa Interpretum varietate non attinet quidquam aliud proferre, quam causas, quibus inductus vernaculus noster suam dederit versionem, atque rationes, cur Schultensii & Recent. Svecani, Tingstadiique interpretationem nostram faciamus. Vulgatam Hieronymi versionem: Ecce non est auxilium mihi in me, & necessarii quoque mei recesserunt a me — quodammodo exprimit Lutherus: *Hab ich doch nirgend keine Hülfe, und mein wermögen ist weg* — Fennicus: *Ej ole minulla kufan apua, ja minun saattuni on pois ajettu minulda.* Delusi sunt omnes ambiguitate vocabuli אֲשֶׁר, quod tamen in hoc contextu non potest nisi de solatio explicari, ut respondeat parallelo עֲזָרָתִי *auxilio meo.* Sensus minime dubius. Si ipse ego non possum mihi auxilium quoddam parare, num omne solatium est abigendum a me h. e. solatiumne humanum erga me cessabit, num amici mei crudeles adeo esse possunt, ut mihi nihil solatii præbeant. Svetice: *om jag icke kan hjälpa mig, skall väl all tröst ifrån mig drifvas?* Fennice erit. *Jos minulla ei ole apua, pidáiskó lohutus oleman pois minulda ajettu?* Rite Schultensius: omnia tenerum, placidum, miserationis plenum πᾶδος spirant. - -

— vers. 14. Difficilem hunc versum Lutherus cum suis transtulit secundum Vulgatam: Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Dei dereliquit. Ita quoque Schultensius, Vogel, Dæderlein. Similiter Vernaculus: *Joka ei ofota lähimmáifellensä laupiutta, hán hyljáá kaitkiwaldian pelwon.* Quæ quidem sententia per se clara est, sed ex Hebræo textu atque orationis scopo vix exculpi potest, ut prætereamus monere, exilem banc animadversionem & quasi didacticam prælectionem parum conciliari posse cum fervidissimo Jobi affectu. Verbum טַוּ

pro-